



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

IV. Die Markgrafen Otto und Conrad, so wie Conrads Söhne Johann und Otto, gründen die Stadt Dramburg, am 1. März 1297.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](#)

IV. Die Markgrafen Otto und Conrad, so wie Conrads Söhne Johann und Otto, gründen die Stadt Dramburg, am 1. März 1297.

Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg marchiones, Et nos Johannes et Otto, Marchiones, Conradi filii, ejusdem Marchie domini, Universis christi fidelibus, ad quos presentes devenerint eorum notitiamque sortiuntur. Cum ea, que aguntur in tempore, cum temporis volubilitate citius evanescant, nisi a lingua testium aut scripti memoria recipient firmamentum. Quapropter recognoscimus et tenore presentium evidenter protestamur, Quod viris honestis Arnoldo de Goltzen, domino schulteto in Dravendorch, nec non Conrado et Johanni, ejus fratribus, predictam civitatem nostram Dravendorch cum omnibus suis obtinentiis, sicut infra recitatitur, deditus possidendum. Deditus nihilominus civitati predicte jus Brandenburgense, apponentes ad ipsam civitatem ducentos mansos XVI mansis minus. De his vero mansis Burgenses dicte civitatis quinquaginta mansos ultra Dravam ex transverso civitatis habebunt ad agriculturam in ascensu similiter et descensu. Residuos vero mansos ab ista parte Drave ad agriculturam et ad usum civitatis ad se recipient et habebunt, porro ecclesiam in prefata civitate cum quatuor mansis dotavimus. Prefectus quoque et sui fratres et heredes eorumdem decem mansos pro suis usibus perpetuo liberaliter possidebunt. Expirante autem libertate de uno quoque manso dimidiis nobis argenteus censualis dari debet, De quo censu Schultetus tertiam partem et de censu arearum, nec non de judicio pariter sibi tollet. Item molendinum, quod adiacet civitati, supra Dravam extrectum, prefatus Schultetus sive heredes cum omni usu iusto pheodali titulo liberaliter possidebunt. Et quicquid in foro de edificiis, veluti in theatro nec non macellis carnium . . . . . five pannis annuatim cedere poterit aut derivari, id ipsa civitas sibi usualiter in integrum reservabit. Item omnes questus et census de areis extra civitatem constructis ad eandem civitatem volumus usualiter pertinere. Damus etiam civitati cum omni utilitate et piseationibus hec Stagna, quorum nomina sic notantur: Lubefow, Werene, Tzapell et fluentum, ipsum Stagnum Welfen et ipsum Stagnum Welfen cum Stagno Melne et Grelence. Damus nihilominus dicte civitati paludem Manhagen super nostram civitatem sitam apud Dravam, in ascensu ipsum Drave usque ad terminos campi ville Dalow, ita quod ipsa palus ab aliquo nostrorum officialium aut advocatorum nunquam deinceps debeat minui. Item ipsa civitas ab omni telonio penitus ab inhabitantibus et advenis non nunquam a mercimonia quolibet emptionis vel venditionis titulo libera permanebit. Burgenses quoque inibi commorantes venationes leporinas extra nivem absque metu liberaliter exercebunt. Stratas quoque omnes ex plateas obstruere, dirigere et curare poterunt inhabitatores civitatis memorate pro ipsorum libito et expedientia voluntatis. Ut igitur hujusmodi gracie nostre donatio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, presentes literas in evidens testimonium conserbi jussimus desuper et sigillorum nostrorum appositionibus roborari. Actum anno domini MCCLXXXIX septimo, presentibus Wernerio de Schwanenberg, friderico de Eickstede, Haffone et Ludolpho fratribus de Wedell, Burchardo de Kockstede, militibus, et Thidemann, nostro notario, per quem in Prentzlovia, feria sexta ante dominicam, qua cantatur reminiscere, presentia conserbantur.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchivs f. 44.